coenam domini, sed totum hac, quod in publico congressu agitur: cantilenas, concionem, distributionem coenae, inuocationem et gratiarum actionem. Papistae ad idolatricas oblationes et sacrificia pro viuis et mortuis detorquent vocabulum.

Quid est coena domini? [Holzschnitt: Austeilung des Abendmahls unter beiderlei Gestalt[d]]

[e]Definitio coenae reprehensa a Boetio,[236] Chemnicio,[237] Ienensibus[238] et Luneburgensibus[239] extat in Examine theologico, Corpore doctrinae, fol. 80.[e240]

Est communicatio corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi sicut [128:] in verbis euangelij instituta est, in qua sumptione Filius Dei vere et substantialiter adest et testatur se applicare credentibus sua beneficia. Testatur etiam se ideo assumpsisse humanam naturam, vt nos sibi fide insertos membra sua faciat. Denique testatur se velle in credentibus esse et eos docere, viuificare ac regere.

---

d Nicht in A, E.
e–e Marginalie nur in F, G.

---

236 Vgl. den INDEX. CINGLIANORVM QVORVNDAM ERRORVM, in Catechesi VVitebergensi noua compraehensorum. ANNOTATVS A MINISTRIS ECCLESIAE Hallensis in Saxonia, Jena 1571 (VD 16 I 176), A 5r–6r.
237 Vgl. die „Treuhertzige Warnung“, B 4r–v, unsere Ausgabe, Nr. 3: Treuhertzige Warnung (1571), 302f.
238 Vgl. die „Warnung vor dem unreinen Catechismo“, B 4v–C 2r, unsere Ausgabe, Nr. 5: Warnung vor dem unreinen Catechismo (1571), 337–340.
239 Vgl. das BEDENCKEN oder Censura der Theologen im Fürstenthumb Lüneburg / von dem Newen Wittenbergischen Catechismo, Jena 1571 (VD 16 B 1460), C 2v.
240 Vgl. Philipp Melanchthon, Examen ordinandorum (1559), in: CR 23, 61f. Die Seitenzählung richtet sich nach der zeitgenössischen Ausgabe: Corpus doctrinae, 80.